



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Ivre Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Censibus. Consilium CCCCXC.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

expressa causâ, varijs ex causis potest esse facta; & tam ex causâ non obligatoria, quàm obligatoria. Vnde etiam est, quod ut ex præstatione annua inducatur obligatio in futurum, Doctores, in d. l. Si certis annis, requirant tanti temporis solutionem, ut memoriam hominis excedat. Et quod dicitur, decem continuorum annorum præstationes sufficere ad inducendam obligationem in futurum, tunc obtinet, quando ex certâ & expressa causâ factæ sunt hujusmodi solutiones, d. l. Cum de in rem verso, l. Liribus in princ. C. De agris. & censu, lib. II. Quæ in proposito casu tanto potentius obtinent, quod causa solutionis, quam Actor proponit, sed Reus non fatetur, hujusmodi sit, quæ in futurum non inducat obligationem ex præteritis solutionibus; ob id scilicet, quod restricta sit ad certos fundos & hypothecas, & ad possessionem eorundem; sic ut cessante prædicta possessione, quæ est causa solutionis, cesset quoque solvendi necessitas; * cum nihil veter. hypothecati fundi possessorem, qui ipse hunc redditum non constituit, posse fundum deserere, & deserendo se ab obligatione annuæ præstationis exuere, Angei. in l. Et si forte §. etiam si servit. vindict. nu. 4. quia hujusmodi redditus fundarius est limitatus ad fructus & possessionem certorum fundorum, Molin. in tract. de usur. quest. 8. nu. 135. ita ut, nisi probetur Reum eosdem fundos possidere, non possit pro hoc redditu conveniri, pro quo dictus Actor nullam omnino personalem obligationem habet, sed tantum realem ad avocandam possessionem fundorum hypothecatorum. Consulto itaque faciet Domi-cellus Iacobus, si conventus pro solutionibus terminorum in vita dictæ Domiellæ Ioannæ cessorum, hujusmodi solutionem non detraxerit; & conventus pro ulterioribus terminis sese opponat, contendens quod dictus Actor nullam actionem adversus se habeat.

De Censibus.

S V M M A R I V M.

Reditus annui præstatio continuanda.

1. Clausula, omni meliore modo, in libello quid operetur.
2. Iudicis officium quando implorari possit.
3. Titulus in possessorio allegari non debet.
4. 6. Reditus solutio annua quando obliget.
5. Actus indicatur ex qualitate personarum.
7. Obligatio & præstatio personalis sine hypotheca stare potest.

CONSILIVM CCCCXC.

VISO processu pendente coram Iustitia Gemblacensi, inter Dominam Abbatissam & Conventum de Argenton contra Ioannem Sammæ, in materia annuæ præstationis; et si primâ facie videatur actum iudicio petitorio, ob petitionem condemnationis de annuo solvendo redditu petito: * quia tamen subiecta est finalis clausula libelli, *ut omni meliore modo quo fieri potest ius dicatur*, petendo ius & iustitiam administrari, implorato ad hoc Iudicis officio; certissimum est, ad possessorium conclusionem esse referendam. Est enim ejus clausulæ ea vis, ut etiam super possessorio videatur conclusum, qualiscunque specialis conclusio proposita sit, Conf. Wamef. Tom. II.

Doct. in c. 2. De ordine cognit. Alex. consil. 192. nu. 9. in 2. vol. & consil. 6. & 38. vol. 3. sic ut videatur & intelligatur facta super quolibet narratorum, in petitione deductorum; & ut id sequamur, quo favorabilius sustineri potest intentio Actoris, argum. l. Si quis intentione De iud. Bart. in l. Stipulationes non dividuntur De verb. oblig. tunc potissimum, cum contrarietatis nullus est metus, & narratio libelli id patitur, Alex. consil. 96. lib. 5. prout hic evenit: ob id, quod Agentes allegaverint in libello solutiones per octodecim annos in persona Thomæ patris Rei; & sex alios à morte ejusdem Thomæ per Reum continuatas.

Quo constituto, succedit dictis Agentibus restituentam esse possessionem dictæ annuæ præstationis, in qua erant ante annum quadragesimum quintum, can. Redintegranda 111. quest. 2. idque Iudicis, quod hic imploratum est, officio, quod competit, ubi deficit ordinarij, l. Quadam in princ. & ibi Bart. De eden. l. Planè l. fin. De per. hered. Socin. consil. 118. vol. 1. concurrente petitionis æquitate. Cæterum quid hic probare debeant Agentes, ut obtineant, videndum. Contendit Reus titulum seu causam præstationis probandam esse, sed errat,

* Eo enim constituto, quod antè diximus, agi hic possessorio pro restituenda possessione, seu quasi (est enim hujusmodi possessio non rerum, sed iurium, l. Quoties 2. De servit.) titulum seu causam probare, imò allegare non est necesse: id enim petitoris iudicij est; tunc scilicet, ubi amplius decennio hujusmodi præstatio facta est, Ioan. Franc. Repa in l. 2. Quorum bonor. & ejus generis præstatio est, cui iuris præsumptio non occurrit, neque resistit, c. ad decimas De rebus, spoliat. in 6. * Satis igitur est, si Agentes probent se solitos exigere, & Reum ejusque patrem præstare hujusmodi annuam præstationem quinque modiorum frumenti ex causâ non gratiosa, sed destinatione & voluntate singulis annis reiterandi hujusmodi solutionem, ut proinde Ludovicus Romanus, consil. 311. & Angei. in l. Si certis annis C. De pact. in facti specie cum hac, quæ nunc proponitur, per omnia simili, existimaverit, probationem unicæ hujusmodi solutionis ad hoc sufficere; quanto ergo magis sufficiet illa, quæ in patre Rei est octodecim, in Reo sex annorum, Doct. in d. l. Si certis annis.

Gratiosam autem non fuisse Rei, aut patris ipsius præstationem, & per singulos annos continuatas solutionem, varijs ex circumstantiis colligitur. * Primum, ex conditione personæ, tam Thomæ patris, quàm Rei; qui nullo vinculo devincti dicto Monasterio, eidem præsumi non possunt quicquam donasse, l. Cum de indebito de probat. præsertim attento, quod Monasterium sit locuples; illi verò tenuis, aut saltem non nisi mediocri conditionis: solet autem actus ex qualitate & conditione personarum judicari, l. Sed & si restituatur §. 1. De iud. l. Plenum §. Equitij De usu & habit. Secundò, ratione ejus, quod præstitum est: est enim frumenti quantitas non modica, quæ à privato & plebeio, nullo præcedentis obligationis vinculo, non præsumitur solvi, repetitis præsertim per continuos annos solutionibus: sic ut quod alibi traditur, in d. l. Si certis annis, de solutione duorum caponum aut gallinarum, longè sit diversum.

6 verſum. * Tertio, ex numero annorum, ex quo obligationis præſumptio verè conſtituitur, §. ſi verò vaſallus in tit. Quid ſit inveſtitura in vſb. feud. li. pen. C. De apoch. public. lib. 11. quem quidem numerum communiter in triennio conſtituunt, Doct. in d. l. Si certis annis; & qui longiſſimum requirunt, decennio contenti ſunt, Barr. in l. cum de in rem verſo de uſur. cum alij etiam ſolutionem unius anni, ut dixi, tantum requirant: & qui nihil definire volunt, Iudicis arbitrio relinquunt, qui ex qualitate perſonæ ſolventis, & rei, quæ ſolvitur, id dijudicare debet, Innoc. in c. cum Eccleſia Sutrina De conſtit. Accedit quartum & potentiſſimum, quod animo repetendæ & continuandæ ſolutionis id factum conſtet, non tantum ex vehementi illa præſumptione per continuationem ſolutionum plurimorum annorum, ex qua iterum præſtandi animus colligitur, argum. l. §. ſ. penult. De acq. rer. dom. ſed etiam ex eo, quod conſtet Reum gratioſè non ſolviſſe, qui in ſolvendo nullam aliam difficultatem fecit, quàm quod non oſtenderentur illi literæ, indicans ſe non ſoluturum, ſi non teneretur jure obligationis; quæ expreſſo ad poſſeſſionem non pertingit, ſed tantum ad jus petitorii: inducitur autem ad unum finem, non debent aliud operari, l. Legata inutiliter De legat. 1.

7 Quæ quidem omnia in re præſenti nullam haberent dubitationem (prout iterum præmiſſis attentis, & in unum compoſitis non habent) ſi quoque conſtaret, & in actis deductum eſſet, hunc redditum perveſſe ad Monasterium per ceſſionem ſeu transportum Ioannis M. cui priùs aliquando idem Thomas hunc redditum ſolverat; id enim ad jus petitorium plenè ſufficeret. Sed in re præſenti id neceſſarium non eſt: ſufficit enim ex Rei confeſſione (quæ nulla exactior ſolet eſſe probandi ſpecie, l. 1. De confeſſu) conſtare Thomam octodecim annis ſolviſſe, & Reum ſex annis continuaviſſe; quietiam ſoli hic ſufficerent præmiſſis attentis. Supervacuum autem eſt in eo conſiſtere, quod Reus allegat, Thomæ patris ſui ſolutiones non poſſe ſibi præjudicare, quia Reus ſola materna immobilia bona habeat, quæ Thomas obligare nequiverit, ſolum uſumfructum in ijs habens: nam duplici ex capite id tollitur; * primùm, quod hanc præſtationem ad nullum genus bonorum reſtringamus: agimus enim hic de perſonali tantum, non reali præſtatione, quæ ſine hypotheca ſubſiſtere poteſt, nec ratione alicujus rei certæ præſtatur: ſecundò, quod perſonalis actio ad Reum, utpotè patris hæredem, derivari debeat, l. 2. C. De hæred. actio. quâ conſideratione etiam ſi Thomas expreſſâ conventionem fundum maternum Rei obligaviſſet pro hoc redditu, non poſſet jus huiusmodi obligationis infringere; hæres enim factum defuncti præſtare debet, l. Cum à matre C. De rei vindic. Atque idèd exiſtimamus per Dominos Iudices condemnandum eſſe Reum, ut reſtituat & reponat Agentes in poſſeſſione percipiendi huiusmodi annuam præſtationem, à qua per denegationem Rei exciderunt; imò ſpoliati ſunt, Innoc. & Henricus Boht in c. Querelam De elect. Bald. in l. Si quis conductionis cod. Locati: reſtitutis omnibus ijs, quibus Agentes per huiusmodi denegationem ſeu ſpoliationem caruerunt, unâ cum expenſis.

De Censibus.

SUMMARIUM.

Reditus annui præſtatio continuanda.

1. Exempla literarum originalium quomodo probent.
2. Soluciones conformes plurium annorum obligationem inducunt.
3. Regiſtra ac libri Eccleſiarum quomodo probent.
4. Confeſſionis vim habet relatio facta ad documentum exhibitum.
5. Reditus annui luitio non eſt præſumenda.

CONSILIUM CCCXCII.

DE origine, conſtitutione, & continuâ ſolutione redditus annui quatuor cum dimidio modiorum dari frumenti ſeu tritici, de quo jam aliquot annis coram Domino Officiali Mechlinienſi liſ fuit mota & protracta, inter Receptorem ſeu Adminiſtratorem communis Anniverſarii collegiæ Eccleſiæ S. Germani Oppidi Thenenſis Actorem; contra Reverendam Dominam Abbatiffam Monasterij Vallis Virginum in Linter Ream, cum jam evidenter conſtet; in maniſeſto eſt, quæ ſint ejuſdem Venerabilis Domini Officialis partes in decidenda eadem liſe. Quippe ad inſtruendam ejus religionem ſufficienter videtur probatum, hunc redditum originaliter conſtitutum eſſe in anno 1507. per abalienationem, ſeu redditionem ad cenſum, & redditum annuum, certorum fundorum in pago de Hackendur ſitorum, factam per Henricum G. in perſonam Ioannis B. mediante penſione ſeu redditu quatuor cum dimidio dictorum modiorum, quem Imbertus G. dicti Henrici filius, poſtea in anno 1451. tranſtulit in prædictum commune anniverſarium; quodque dictus Ioannes in anno 1493. ſuper iſdem aliſque bonis dicto anniverſario recognoverit alium ſimilem redditum ſex modiorum ſimilis frumenti; atque ita dicto anniverſario ſucceſſivè acquiſiti fuerint decem cum dimidio huiusmodi modij, quorum aliquot in ſucceſſu temporum ſunt dequiriti; in obligatione remanentibus quatuor cum dimidio modijs, de quorum ſolutione nunc eſt quaſtio, adverſus dictam Abbatiffam & ejus Conventum, ad quam per ſucceſſus temporum iſta ſic obligata bona pervenerunt.]

Quamvis autem originalia & authentica inſtrumenta recogniti & aucti huius redditus non extent, & ſuper eo pars agens ſe ex decreto Domini Officialis, atque etiam ad petitionem partis Reæ expurgaverit: extant tamen in libris ſeu regiſtris reddituum dicti anniverſarii huiusmodi originalium literarum deſcripta exempla, ſeu copie in actis huius cauſæ bis deſcriptæ, & ad dictas copias exemplatæ, & authenticatæ; quæ etſi non ſufficiant per ſe ad plenam probationem, ſufficiunt tamen ad præſumptionem, Car. Molis, ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 5. nu. 35. quæ aliis adminiculis adjuva conjunctim pro plena probatione meritò haberi debent.

Nam in propoſito multa ſunt & concurrunt, quæ veritatem harum recognitionum, & conſtitutionum preſſiſſimè arguunt, & dictam Abbatiffam, ejuſque Conventum ad horum redditum hypothecas perveſſe demonſtrant. * Et in primis, quidem